





177.

1. Estor, Iacobus Georgius: *De vano mortis terrore*  
*Pellorum qui ad caelites abeunt et coherentes*  
*divini erant.*
2. Estor, Iacobus Georgius: *De generato extra nuptias*  
*cum equestri vel plebeja, inimicis Grec*  
*ante partum, vel conjugis post partum regnato,*  
*in partis regnare Germanico nec Tongobardus*  
*succedente.*
3. Hofmannus, Iacobus Andreas: *De reata in terris*  
*praesulium Germaniae et archiepiscopatus*  
*Coloniensis non libero sed regali habendo.*
4. Hofmannus, Iacobus Andreas: *De jure forestali.*
5. Hofmannus, Iacobus Andreas: *De jure consociacionum*  
*ordinum I.R.I. generatione et Comitum speciebus.*
6. Homburgi Vrb, Aeneas Luid: *De iustitia qualificata.*

1771.

1. Homburg za Vach, Amst. und: De patre resulso  
libris exhereditatione vel in aequali fidei dis-  
sime ne jure Tongaberdico qui den praeiudicante.

2. Homburg za Vach, Amst. und: Re usi pueri paternus  
in Hassia ejusdemque per observantiam  
amplitudine.

3. Homburg, Amst.: Re regulis iuriis Romani e  
doctrina de societate male ad communione  
bonorum inter conjuges accomodatio.

1773

1. Homburg za Vach, Amst. und: De jure allegi-  
tiorum in successione ab iustitate.

2. Homburg za Vach, Amst. und: De habita usurpatus  
paterni in Hassia.

3. Homburg za Vach, Amst. und: Re usurpatus maternus  
in bruis liberiorum secundum iuris naturale et Roma-  
num.



Wurde sehr bald, und hat die Peter und  
Paul Kirche mit einer großen  
Menge neuer Orgelwerk gestiftet.

Wurde auch von dem König von Sachsen  
eine neue Orgel gewünscht.

Wurde eine neue Orgel  
beschafft und ist jetzt in der

Kirche von Wittenberg.  
Hierzu ist ein neuer  
Kunstwerk geschaffen  
Zuerst ein Organ  
dann ein neuer Orgel-





20

DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIS ECCLES. EVANGELICORVM

DE

# VANO MORTIS TERROR

ILLORVM

QVI AD CAELITES ABEVNT  
ET COHEREDES DIVINI ERVNT

QVAM

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIP  
ET DOMINO

DOMINO FRIDERICO II  
HASSIARVM LANDGRAVIO REGN.

AVCTORITATE

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

PRAESEDE

D. IOANNE GEORGIO ESTOR  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO HASS. LANDGRAVIO A CONSILIIS  
SANCTIORIBVS ATQVE VNIVERSITATIS LITTERATAE CANCELLARIO

PRO

## LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
RITE CONSEQUENDI

DIE XIII AVGUSTI A. R. S. CLOCCCLXXI  
MAGNIFICOR. ILLVSTR. ATQVE EXCELLENTISS.  
VIRORVM DISQUISITIONI

SVMMITTIT

IOANNES HAINRICVS BVICKING  
MARBVRCO HASSVS.

MARBVRCI HASSORVM  
EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. MÜLLERIANA.



ILLVSTRISSIMO  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DNO LEONHARDO HENRICO  
LVDOVICO GEORGIO  
A CANNIESER  
ADMINISTRO SANCTISSIMO  
EQVITI LEONIS AVREI HASSIACI  
SPLENDIDISSIMO  
EIVSQVE  
CANCELLARIO  
DIGNITATE PRAEFVLGENTI  
SVPREMI ADPELLATIONVM TRIBVNALIS  
PRAESIDI GRAVISSIMO  
VNIVERSITATVM LITTERATARVM HASSIAE  
AC SCHAVMBVRGI  
CVRATORI VENERANDO  
DIRECTORI PVBLICI CVRSVS  
VIGILANTISSIMO

PERINDVLGENTI  
MAECENATI  
LITTERARVM TANTO MELIORI  
QVANTO SAPIENTIORI  
OPVSCVLVM HOC  
PIETATIS OBSEQVII CAVSSA  
ANTIQVI MORIS OFFICIIQUE  
FORMVLA

L. M. Q.

PRAESES


ANVAFSITATVM LITTERATRVM HARSIK

ATQVE

CARTORI AEXERAMNO

IO. HAINR. BVICKING

CLIENTES AC CVLTORES PERPETVIA.



## CARMEN E MVSEO:

Dass ich mich für der kalten Hand  
Des Todes nicht entfärb'e:  
So mach ich mich mit ihm bekannt,  
Zuvor noch, eh ich sterbe. a)

## PROLEGOMENA.

### § I

SAPIENTIORES GENTES IISRAELITAE ET HE-  
GYPTII FVERE.

Quemadmodum terrarum orbis, varii generis ale-  
bat homines, ita ex his sapientiae clari erant  
Aegyptii atque Iudei; post hos vero Graeci,  
ac demum Romani. Aegyptii Iudeique per-

A vmbram  
a) Auctor suasorque fuit litterariae plurimum reueren-  
HAINR. OTTO DVYSING, dus, ut hoc carmen illustra-  
theologus huius vniuersitatis rem opusculo,

## PROLEGOMENA.

vmbram significabant mortem , Psal. CII. 12. ac mortis metum. Luc. I, 79.

## § II

## POST HOS GRAECI ROMANI QVE.

Graeci formabant puerum NIGRVM dormientem, fratremque eius somnum, ALBVM significabant. Ex amissim haec cuncta, de quibus ferme non cogitauisses, exhaustus primas Angliae 10. POTTER archaeologiae Graecae b). Nox et Erebus erant parentes mortis. Chaos ac caligo fuerunt avus autiaque.

## § III

## IISRAELITAE DVPLICEM CREDEBANT MORTEM.

Mortis secundae mentio sit in cantico Mosche et apocal. Ioannis cap. II. commate 14. Mentionem earumdem facit Ieremias LI commate 39 atque 57. Aguntque de ista CAMPEGIVS VITRINGA theologus Franequeranus c) ac duobus verbis HADR. RELAND d). Comma 14 Apocal. Ioannis est memoratu dignum. Huc vocant comma 6 Deuter. XXXIII ubi Mosche de Reuben dicit: „vi-  
„uat et non moriatur!

## § IV

## FORMAM MORTIS ALIAM FINXERVNT BVRGVNDI GERMANIQVE.

Sceleton medici vocant. Basileam oppidum, quod Conradus Salicus Burgundiae subiecit, ostendit penes ae-  
des

b) cap. 3, Lib. IIII p. 545  
seqq. 1702 folio, + 1747. An-  
tre a 1715 Graecas litteras pu-  
blica auctoritati docuit Oxonii,  
ediditque archaeologiam Grae-  
cam or the antiquities of Greces.

c) in analysi apocalypsis  
1705, 4, p. 127, a 10. CHR-

STOPH WOLFF theologus  
Hamburgensis, nunc fato fun-  
ctus ad apocal. Ioannis in curis  
philologicis, p. 960, Tomo  
V, 4 maiori 1741.

d) Palæstinae e monim. il-  
lustrata, Trai. Rhen. 1714, 4,  
et Norimb. 1716, 4.

des Dominicanorum, sive templum Gallorum, saltationem mortis, egregie pictam. Qua de re egerunt MATHEVS MERIAN e) et IO. GEORG. KEYSLER f).

## CAPVT I HISTORIA LITIS.

### § V

Effatus est Deus trinus: „ faciamus hominem, ad „ imaginem nostram, nobis similem, qui domineatur pis- „ cibus aquatilibus, volucribus aëreis, pecutibus ac toti „ terrarum orbi, et quidquid in terra mouetur „. Deus itaque hominem ad sui creauit imaginem, scilicet marem feminamque.

### § VI

#### EXPOSITVR.

Quum vero Eua esset a serpente decepta, iussuique Dei haud obsequens, orta fuit ista labes ab Eua descendens, in posteros translata, quae intellectum ac voluntatem et appetitum hominis permeat atque transit.

### § VII

#### DEI DECRETVM.

Addidit Deus mortis poenam, si quis primorum parentum vescatur fructibus arboris scientiae boni ac mali g). Creauerat Deus hominem, vt sit morti non subiectus h). Docet haec clarissime diuus PAVLVS Rom. V, 12, ac Rom. VI, 23. „ Etenim, inquit: inobedientiae stipendium mors est „. Pergitque i): „ quum sit per hominem mors, - - - - .

A 2

Imo

- e) topograph. Heluetiae 1641, fol. p. 47.
- f) tomo I der neuen reisen p. 158 seqq. 1740, 4.

- g) Genes. cap. II, 17.
- h) Genes. I, 26.
- i) 1 Cor. XV, 26.

Immo idem I ad Tim. II: „at mulier, inquit, „, de-  
„cepta, delictum admisit „. Atque diuus auctor episto-  
lae ad Hebraeos k). „Et quomodo, ait, hominibus, se-  
„mel moriendum est, ac deinde subeat iudicium „.

## § VIII

## ILLVSTRATVR.

Praeterea dictum praecipuum legitur Rom. III, 23:  
„Delinquentes sunt omnes. Non enim vilum est discri-  
„men: quum deliquerunt cuncti, diuinaque carent glo-  
„ria. Ideo vates Iesaias, Hiskiae dicit: „Ezechia! de-  
„cumbis letaliter! moriendum tibi l).

## § VIII

## DEI GRATIA.

Sed Dei experitur gratiam. Defunctus enim non bre-  
ui, longa tempora compleuit, vt pote quum Deo place-  
ret eius anima, ideoque properauit e medio malitiae.  
Deo autem placens, amatus est m). Raptus, ne, eius  
sensus immutaret prauitas, aut animam immutaret prau-  
tas aut animum fallacia deciperet n).

## § X

## ILLVSTATVR.

Hinc Iesaias o) dicit: „Prae malis obeunt iusti.  
Profecto diuus Paullus p): „distrahor, sit, o duobus,  
„et migrare quidem cupio, ac cum Christo esse: Nam  
„id multo foret melius „. Ideo Iobus q): „Habet sane  
„certum spatium in terris homo; suntque dies eius si-  
„miles dierum mercenarii. Ut anhelat umbram seruus,  
„vt pote sperat mercedem mercenosius; sic ego menses  
„habeo calamitosas „.

## CAP VT

k) VIII, 27.

l) Iesaias XXXVIII, 2.

m) Sap. III, 14.

n) ibidem 9, 10.

o) LVII, 1.

p) I, 23, ad Philipp.

q) VII, 1. 2.

CAP. II DE CRIMINE CONTRA DEVUM MAXIMO. 5

CAPVT II  
DE CRIMINE CONTRA DEVUM  
MAXIMO.

§ XI

Nouem sunt propositiones, quibus argumenti huius  
grauitas adparet r).

CAPVT III  
DE IMPVTATIONE HVIS CRIMINIS.

§ XII

Eadem est huius ratio rei. Quando enim homo li-  
bere agit; actionis caussa vocatur libera. Et iudicium, quo  
caussa declaratur libera; agens actionis suae, vel eius, quod  
ex ea sequitur, siue boni siue mali imputatio vocatur s).

§ XIII

ILLVSTRATVR.

Interea conspicimus e cap. VI Genes. comm. 5 seq.  
„ Quum enim videret hominum vitia in terris crescere,  
„ eoique omneui animi et cogitationem, ad deteriora in  
„ dies singulos conferre, poenituit eum fecisse homines in  
„ terrarum orbe, animoque indoluit - - - „.

§ XIV

EXPOSITVR VLTERIVS.

Ac diuus Paullus t): „ quemadmodum per vnum  
r) STAPFERS grundsäze der A 3 § XIV  
wahren Religion Tomo V, p. M V I L L E R im natur und völ-  
416 seqq. Zürch 1749, 8. kerrecht p. 147 seqq, cap. 5,  
s) CHRISTIAN. L. B. A. 1733, 8, ac iuridica: sequens:  
WOLFF institut. iuris naturae § 3, 1750, 8. Ietus Halenensis  
NIC. HIERONYM. GVND- IO. CHRISTOPH. GOTTS-  
LING cap. IIII, iuris naturae SCHEID, profess. Lipsiensis in  
1728, 8. Vtriusque doctoris den ersten gründen der gesam-  
Lipsiens. AVGUST. FRID. ten Weltweisheit, Parte II,  
t) Rom: V, 12.

6 CAP. III DE CRIMINE QVO ADAM TOTVM

„ hominem peccatum in terrarum orbem intravit, et per  
„ peccatum mors; atque ita ad omnes homines peruersit  
„ mors; quatenus peccarunt omnes „.

CAPUT IV

DE CRIMINE QVO ADAM TOTVM  
GENVS HUMANVM POLLVIT.

§ XV

Quem Hebrei Satan vocant, nefarium sceleratum-  
que generis humani inimicum, acerbum et grauem, hic  
Euae persuasit, vt contra vetitum Dei ageret. Est hoc  
crimen tantum; vt sit cauiss mortis hominum cunctorum.  
Quomodo illud vocabis? Nullum habemus tam graue in  
iure, quod hoc quadret! Non maiestatis: quia hoc est  
praeceptum, hominem siue principem tangens. Non  
blasphemia; quum haec iniuriae sit species.

§ XVI

EXPOSITIO VTERIOR.

Voco crimen, quo primario offendebat sacrosan-  
cta Trias, mortisque poena dignissimum. Potuisse qui-  
dem Deus poenam mortis statim infligere, sed gratiam fa-  
cere maluit.

§ XVII

ILLVSTRATVR PORRO.

Iura nos docent, dari crimen maiestatis. Idque vo-  
cari vel perduellionis, vel maiestatis speciatim dictum.  
Perduellionis vocatur, quando quis alicui subditus direxte  
contra securitatem imperantis, statumque reipublicae ali-  
quid intendit u).

§ XVIII

CONTINVATIO.

Verum enim vero haec cum cura contemplans adpa-

ret:  
u) LÜDER MENCKEN in systemate juris civilis, Lib. XXXXVIII,  
tit.

ret: hoc crimen hic locum haud inuenire. Nam mili  
res cum sancta Triade. De hoc argumento non agit lex  
maiestatis generatim dicta.

### § XVIII

#### ARGVMENTVM DIFFICILLIMVM DE IMPVTATIO- NE POSTERORVM EVAE ADAMIQUE.

Adam Euaque genuerunt liberos tempore {delicti  
nondum natos.

Ecce istos:

Adam	Eua
LIBERI	LIBERI
Abel	Seth
POSTERI.	Enos.
Irad.	Kenan.
Mahuiael.	Mahalalell
Methusael.	Iared.
Zillah.	Henoch.
Thubalcain.	Methusalah.
	Lamech.
	Noah. w)

## 8 CAP. III DE CRIMINE QVO ADAM TOTVM

### § XX

QVA RATIONE QVIDAM POSTERIS ADAMI PARENTVM CRIMEN IMPVTATVR?

Imputatio est iudicium superioris, quod aliquis sit auctor actionis, et quod adeo ad illum pertineant omnia actionis consectaria, quae per legem superioris huic actioni destinantur x).

### § XXI

PORRO ILLVSTRATVR.

Ex iure romano, vbi haec consideramus, facilis est imputatio filiorum Adami. Etenim filius est parentis successor. Successio est concessio in locum alterius. Siue hic existat adhuc viuus, siue fuerit demortuus. Quando autem successionem in alterius locum considero, prout rem: exprimit filius locum parentum, dicitur heres. Fit dominus totius hereditatis per successionem. Viuitque adhuc defunctus pater in filio. Hic sistit patrem, ac si adhuc viueret; v. g. pater reliquit centum millia. Haec pater transmittit in filium, tanquam necessarium ac suum heredem.

### § XXII

GEBHARDT, prof. zu Lüneburg, der hohen Häuser histor. und genealog. erläuterung, theile III, 1731, fol. mai. im anhange tafel II, f. 129, THEODOR BERGER synchromostische vniuersalhistorie, 10, IAC. SCHMIDTS biblischer historie f. 244 gr. 8.

x) IO. PETRI REVSCHE introduct. in theol. reuelat. le-

nae 1734, 8, p. 696. Potissimum hoc refero 10. GVSTAVVM KEINBECK in den be- trachtungen über die Augsbur- gische glaubenslehren, 1730, comment. XXVI, tomo II, p. 194-208. Huc etiam faciunt comment. t. II, quae est XXI inque primis XXII, XXIII, XXIII atque XXV commen- tatio.

GENVS HVMANVM POLLVIT.

§ XXII  
CONTINVATVR.

Cunctas res accipit filius, viuitque in patre. Obligationes cunctas patris fert filius. Igitur Adamus viuebat in filiis. Delicta omnia filios eius tangebant.

§ XXIII  
AMPLIUS ILLVSTRATVR.

Haec est iuris scientia, quam meliorem seculo XV, imperante Maximiliano I, censebant, putabantque magis sapientem, ipsis legibus forensibus sapientissimi Mosche. Salomonem credebant viuere, et auctorem legum Romanarum credebant.

§ XXIV  
SACRA SCRIPTVRA DICIT: FVNDAMENTVM EST  
GENERATIO.

Haec dicitur actio, qua unus cum altero eamdem, quam ipse habet essentiam, communicat y).

§ XXV  
ATQVE HINC COGITVR FILIVS.

Generans limitibus circumscribit, si qui sint, essentialibus generati.

§ XXVI  
EXPONITVR.

Quum enim homo, tum ratione corporis, tum ratione animae certis circumscribatur limitibus, qui efficiunt, ut ens fiat „hoc: adeoque „, hoc sit essentiale; in generante erit ratio quaerenda, cur generatus homo et ratione corporis animaeque, qui ideo ad hominis essentiam et utriusque illius partis pertinent. Praeterea generatio est aetio: haec autem ultra gradum vis, a qua dependet

B

poteſt

y) REV SCH l. d. § 361, p. 659:

IO CAP. V DE LABE INSITA VVLGO ORIG. PECC.

potest prouehi. Hinc si generantis essentia certis circumscriptur limitibus, per nexus ordinarium, in quo reperitur, contingentibus quidem et quo non sunt essentia in se, sed fieri illo nexus necessariis: tum actum generationis ultra hos limites quoque, quos vocant, extra essentiales prouehere non potest; nec corrigi possunt defectus inde oriundi, in quo constituitur et generans ac generatus; siquidem in nexus illo dependent ex hypothesi, ex qua consequitur, ut id in generatum peruerterit. Sic in homine multos reperimus limites; defectus vero non sunt per se; at necessarii tamen in nexus ordinario. Hinc sequitur, ut a parentibus in liberos transferantur.

§ XXVII

ANIMAE ORIGINEM HIC RESPICIMVS, QVAM  
HABEMVS RATIONE CORPORIS.

Aetus generationis non est negligendus. Fingas: ex parentum animabus; dicas porro, illas ex nihilo creari, aut, homini generando a Deo creari, dicas. Gubernatio Numinis permittit animam nexui, quo limites animalium in liberis ponantur in generatione a parentibus.

CAPVT V

§ XXVIII

DE LABE INSITA VVLGO ORIGINIS PECCATO.

Sunt defectus isti, qui hominibus sunt connati, ac diuinæ imaginis inopiam ostendunt, ut ad errorem in cognoscendo bonum malumque sint proclives, ac mala concupiscant, ac bona auersentur z).

CAPVT

z) REVSCHE I. d. § 366 p. eleganti notitia salutis, p. 871,  
667, IO. HERMANN BEN- Gilæe 1765, 8, scholio a, et  
NER, theologus Gisensis in § 341, p. 674.

CAP. VI DE HVIVS DELICTI NOMINE. II

CAPVT VI  
DE HVIVS DELICTI NOMINE.

§ XXVIII.

Quaevis gens suos habuit legislatores. Hi vel e theoria leges ferebant; alii vero ex imperandi habitu. CASPAR DE REAL zz). Solon, Lycurgus ac Numa experientia edo&ti, leges ferebant. Optime diuus Petrus I epist. cap. II, commate 13: itaque, ait; „, omnibus pare- „ te personis propter dominum; et regi potestate pollenti, et praetoribus, vt ab eo ad maleficiorum vltionem „,

§ XXX A.

PECCATI VOX EST MINVS IVRIDICA.

Quemadmodum vero apostolus, de sacris scribens, reges tamen praetoresque commemorat; ita quoque ciues, momentum ciuale habentes, sacris adiiciens; nos de- relinquere putamus theologica verba, atque peccata haut, quae minus significant. Peccatum enim dicunt, quod le- gibus diuinis aduersatur a). At veniam ad summum. Leges, quas sumnum Numen per Mosche tulit, talem poenam non dicunt, et contra eas quotidie committimus maleficia. Nulla tamen mortis poena per se ex illis descen- dit; sicut in paradyso ex arbore boni maliue scientia.

§ XXX B.

DICEMVS παρεπτωμα!

Haec vox generatim denotat improbitatem, siue pec- catorum cunctorum fontem. Ioan. III, 3. Descendit hoc

B 2

voca-

zz) P. I der staatskunst per § 14, 1742, 8. Antecessor Göt-  
PHILIP. SCHVLIN, 1762, 8. ting. CHRIST. ERID. GBORG.  
mai. p. 102, § 7. MEISTER, principior. iur.

a) IO. RVDOLPH. ENGAV crim. sect. II, p. 1, § 2, p. 20,  
elem, juris crim, lib. 1, tit. 2, 1760, 8.

12 CAP. VII DE MORTE POENA HOMINVM.

vocabulum a παρη et πίπτω. IO. CONRAD. SCHWARTZ,  
D. et director Coburg. Gymnasi, p. 1095, Lips. 1736,  
8. mai. formae.

CAPVT VII

§ XXXI

DE MORTE POENA HOMINVM.

In hac depingenda admodum variant et theologi  
et medici physique. Valde apte et diligenter scribere  
de hoc medico et physico argumento, iam defunctum  
GEORGIVM EBERH. HAMBERGER, quod physiolo-  
giae medicae obseruasse videmus b).

§ XXXII

VITA HOMINIS.

Vita, inquit, „ est qualemque actionis, etiam vnius  
„ exercitium organicum, ex conformatione, non ex pon-  
„ dere atque tumiditate fluens „.

§ XXXIII

ILLVSTRATVR.

Idem dictus HAMBERGER § 1637 p. 862: „ Cir-  
„ culatio non potest fieri sine respiratione; nec vtraque  
„ sine igneis ac spirituosis partibus. Ergo necessariae sunt  
„ tres actiones. Hae tres actiones sunt inter se connexae,  
„ ac sunt fundamentum reliquarum omnium.

„ Hae igitur sine intermissione debent durare. Er-  
„ go cessat vita „.

§ XXXIV

MORS EX EIUSDEM MENTE.

Quando nullam plane expositarum, et a conformatio-  
nione proficiscendarum actionem exercent, sed tamquam  
corpus mere physicum et humidum, cuiuscumque sit  
con-

b) lenae 1751, cap. 16 § 634 p. 801 seq.

CAP. VII DE MORTE POENA HOMINVM. 13

conformationis agit, i. e. si tantum graue est, et humidas exhalat partes, dicitur mortuum c).

§ XXXV

Mors est poena peccati, quae laudis diuinæ instru-  
menta tollit in humano corpore: Adspectum faciens hor-  
ridum.

Qui naturae bonum cum c. PLINIO existimant, in  
sentinam ac EPICURI fordes incidisse videntur.

Adhuc quaeritur: an mortuis parcere debeat histo-  
ria? Mortuorum quidem animi moderatio est adhibenda:  
Interim sapiens mortuos viriliter honorat. Haec cuncta  
io. GVILIELM. BERGER professor Vitebergensis in li-  
bro, qui vocatur, Stromateus academicus, Lips. 1745, 4,  
docuit.

§ XXXVI

POENA SERPENTIS.

Haec legitur Gen. III, commate 14, d).

§ XXXVII

POENA SATANAE.

Prostat commate 15, notatque odium inter Christum  
ac Satanam.

§ XXXVIII

MORTIS DIVISIONES.

Vel praematura euenit, vel senilis; vel repentina seu  
subitanea, v. g. ex hepatis percussione, vel imaginaria e).

B 3 Alias

c) addo illius conuersorem  
in germanicum sermonem 10.  
GOTTLÖB KRÜGER tomo II  
der naturlehre, 1743, cap. 14  
§ 482, p. 786, Hal. 8.

dub. vexator. p. 27 seqq. 1685, 4.

e) GEORG. HAINR. BEHR,

prof. Argent., iam defunctus,

in lexico medico, Argent.

1738, 4, BOERHAVE institut.

medicin. § 474 et 1053.

14 CAP. VIII DE METV MORTIS.

Alias commemorat CHRIST. GVIL. FRANCISC. WALCH,  
theologus Goettingensis f). Recte addens, fieri cuncta  
ex diuina prouidentia, quae ratione mortis eueniunt; de  
quacunque persona recurrit quaestio.

C A P V T V I I I

§ XXXVIIII

DE METV MORTIS.

Supra distinximus cum S. Scriptura duplēcē mor-  
tem, primam seu alteram, qua quis infernum sequitur.  
Fac, Abrahamum, cuius nomen facer codex bis centies  
ac XXX octies g) reperit, ad plures abire diem supre-  
mum celebrare. Hic nullus metus! Finge, TE Romae,  
Parisiis, Londinique esse peregrinum, inuenireque co-  
mitem aliquem: loco metus sentires gaudium. Ita Abra-  
hamum, ad aeternitatem abeuntem, non metus, sed poti-  
tius gaudium et angeli comitabantur. Hinc regula gene-  
ralis:

Pios non metus, sed gaudium comitatur mortis tem-  
pore. At sceleratos non gaudium sed metus comitatur.

§ XXXX

D I S S E R I T V R V E T E R I V S.

Miras veterum philosophorum cogitationes, siue  
somnia feruarunt posteritati: DIOGENES LAERTIUS h)  
de

f) p. 288 seq. in den grund-  
saezen der natürlichen Gottes-  
gelahrheit, 1760, 8. Compa-  
ra Superintendentis ac theol.  
profess. Rintelenfis praestantis-  
simi GOTTFRIDI SCHWARZ  
de quatuor nouissimis hominis  
1771, 4, p. 1, § 2 et p. 3, n. 2.

g) Perilluistris ac magnisci  
Cancellarii & STORIS Marbur-  
gische kleine schriften, P. III  
p. 638 seqq.

h) de vita et dogmatibus phi-  
losoph. lib. X, AMSTEL ap.  
HAINR. WETSTEN. c13-  
19VIIII, 4 mai.

CAP. VIIIIV RECONSULTI DE MORTE CET. 15

de Thalete Milesio, cuius imago prostat p. 24 vol. I,  
vbi p. 18 tradit: „vitam mortemque perinde esse censuit.  
Hegesias e Cyrenaica schola, statuit: „sapientem  
„arbitrari nullius momenti vitam fore“.

Eadem mens haesit Epicuro: „nec illam esse me-  
„tuendam“ credidit i).

Alia docuerunt Stoici, testibus et IVSTO LIPSI  
k) et CASPARO SCIOPPIO elementorum philosophiae  
moralis stoicorum, Mog. 1606, 8.

CAPUT VIII  
IVRECONSULTI DE MORTE IN  
SYNTAGMATE IVSTINIANI.

§ XXXXI  
MORS NATURALIS.

Definiunt mortem, animae corporisque separatio-  
nem. Compara AVLL. GELLIVM. CICERO l. I Tuscu-  
lanar. quaeſt. cap. VIII est diſcessus animus animae a cor-  
pore. Habes mortem, quam vocant naturalem.

§ XXXXII  
MORS CIVILIS.

Aquaे ignis interdiſtio, l. 29 D. de lib. et posthum.  
§ 5. Dicuntque mortem ciuilem. Addit LACTANT. di-  
uinari. institut. interdiſtum carnis vſus et eſus.

§ XXXXIII

i) JACOB. BRÜCKNER phi-  
los. hist. t. 2, 1731, 12.  
k) Manuduct. ad stoicam  
philos. Antu. 1604, 4 mai.  
apud Plantinum; ac Physiolo-  
giae Stoicorum, ibidem, ea-  
dem forma; operumque o-  
mnium Vefal 1675, 8 mai. to-  
mo IIII p. 623 seq. et p. 833  
seqq.

16 CAP. VIIIIV RECONSULTI DE MORTE CET.

§ XXXXIII

MORTIS CAVSSA CAPERE.

Dos, quam quis in mulieris mortem stipulatur.  
Qui pretio accepto hereditatem praetermittit.

§ XXXXIV

MORTIS CAVSSA DONATIO.

Habet species III. Vna, quum quis nullo praesentis periculi metu conterritus, sola donat cogitatione. Alia, quum quis imminente periculo commotus, donat ita, ut statim fiat accipientis. Tertia species esto: si quis periculo motus non sit, det, ut statim fiat accipientis; sed tunc demum, si mors fuerit insequuta. L. 2 D. de mort. causs. donat.

Haec debemus praesidi Senatus Parisiensis, quem parlamentum vocant, BARHABAE BRISSONIO in libro de V. S. sive dictionario iuridico.

§ XXXV

REGVLA ROMANORVM ICTORVM DE MORTE.

Prima esto: Morimur viui, et momentum, quo morimur, vitae tribuitur, testante AFRICANO l. 107, D. de legat. et fideicommiss. I, ac JOSEPHO AVERANI, antecessore olim Pifano, Lugduni Batau. 1736, 8 mai. libro II, cap. XVI, § 5.

DVBIVM.

Num boue, qui legatus fuit: corium et caro debeat? Adfirmsat idem AVERANI libro V, cap. 27, p. 315, Lugd. Batau. 1745, 8 mai. Adfirmsare videtur PAPINIANVS l. 65, § 1, de legat. et fideicomm. II.

REGVLA II

Mortis vocabulum est triste. CHRIST. HAINR. TROTZ de memoria propagata. Trai. ad Rhen. 1734, 8 mai. p. 337.

CAPVT

## CAPVT X

## § XXXVI

## METVS DAMNATORVM OB REGIMEN.

Fac, M. T. Ciceronem fugam capere propter Antonium. Antonio fauentes Ciceronem capiunt. Quid inde? metus! Hoc compulsus animae corporisque separationem sentiens; metu perculsus nullam liberationis spem animaduertens; complementum metus experitur. Hic organiunt ICti, clamantque aduersus metum. Dormire videntur ICti. Tribonianus, vsq[ue] Theodorae insidens, clamat ex libro IIII protorum tit. II, eum esse iuuandum, qui foro auxiliam quaereret. Theophilus gerit praeturam, procurator illum adorat more solito. Hic LXXX ex decuriis suis vocat iudices pedaneos. Horum desiderium ac consilium audie exspectat. Tribonianus. Res venit ad nihilum. Clamat ad Iustinianum, qui sapientior putabatur ipso Schiomone. Hic spatium quoddam, aliquot dierum desiderat. Arbitratur demum, vt Satanas, tanquam ereptor in triplum et simpl. puniretur. GVNDLING in protis digestorum IIII tit. 2 § XVIIII, p. 350; ille que de efficientia metus, cap. VI, § XXII, Halae 1711, 4.

## § XXXVII

## QVID IVRIS NATVRALIS DOCTORES?

Atque hi silent ut idem NIC. HIERONYM. GVNDLING, 10. IVSTINVS SCHIERSCHMID l) antecessor nunc Erlangensis, Lipsiensis professor AVG. FRID. MVLER m), et GOTTFR. ACHEWALL n). Vno verbo,  
C hic

l) Ienae 1732, 8.

Iosoph. wissenschaften tomo

m) in der einleit. in die phi-

III, 1733, 8.

n) iniure naturae 1765, 8 mai.

hic omnis cessat in integrum restitutio. Ac gratiam im-  
mensam diuinam hic frustra quidam exspectant.

CAPVT XI  
§ XXXVIII  
DESCRIPTIO SCELETI.

Sceletum medicis est totius corporis compages, arte  
anatomica particulis et locis debitissimis adposita. STEPH.  
BLANCARD in lexico medico p. 619, edente HAINR.  
SCHVLZE, 1739, 8.

CAPVT XII  
DE VITA AC MORTE.  
§ XXXVIII

DISSENSIONES DE VITA MORTEQUE.  
Est exercitium actionis corporis humani ex confor-  
matione, non ex pondere et humiditate, fluentis o).

§ L

DE VITA EX MEDICORVM MENTE.

1) IO. HAINR. BEHR, cap. III § 17, p. 31, p):  
„ das leben und der tod bestehet hauptsächlich im um-  
„ laufse des geblütes und der bewegung des herzens.“  
Eadem mens IO. FRIDER. HOFFMANNI, olim prof.  
medicinae Halensis, maximaæ autoritatis q).

§ LI

THEOLOGORVM SENTENTIA.

2) Theologorum sententiam tradiderunt et IO.  
PETR. REVSH introd. in theolog. reuelatam r): „ vbi,  
„ mortem esse vitae priuationem, ait „ .

§ LII

o) GEORG. ERHARDI HAM.  
BERGERI physiolog. medicae, p. 801§ 1634, lenae 1751, 4.  
p) physiolog. medicae, Ar-

q) medit. ration. system.  
medicinae P. I, cap. 2, sect. V,  
p. 25.  
r) lenae 1734, 8, § 598,  
p. 1094 seq.

CAP. XII MORTIS VITAEQUE DESCRIPTIO. 19

§ LII

3) Aliter docet IO. FRANC. BVDDEVS theologus Ienensis s), qui putat; mortem esse analysin t), quando corporis humani machina ita est destruēta, ut suo amplius munere fungi nequeat.

§ LIII

4) Iam venit IO. ADAM SCHERZER theolog. Lips. superioris seculi, theolog. systema tt): „Estque ipsi dissolutio corporis et animae, statim post solutionem abi- tumque ex corpore ad beatae visionis, siue ad aeterno- rum in inferno cruciatuum conditionem pertinentis , .

§ LIII

MORS, QVID SIT: SCHREIBERO MEDICO.

5) IO. FRID. SCHREIBER: „Mors est destructio vis principis. Vita minima est continuatio vis principis. Vi ergo corporis humani vigente, adest vita maxima perfectissimaque, i. e. sanitas.

§ LV

ALIA INTERPRETATIO.

6) IO. CONR. CREILING Phys. ac mathem. Tübing. in compend. phys., defin. 1738, 8: „Vita est aëtu- lis animae corporisque organici connexio intima per mutuam actionem passionemque commercium.

§ LVI

ADHVC ALITER PROCEDIT LANCISI.

7) IO. MARIA LANCISI, Archiater pontif. Clementis XI, de subitaneis mortuis 1701, 4: „Mors est cessatio omnimoda motus aërii vera, et omnimoda san-

C 2 „guinis

s) institut. theolog. dogma- 1, 23, II Timoth. III, 6.  
ticeae, p. 645, 1723, 4. tt) loco 19, p. 539 seq.

t) Paullus ad Philipp. 1701, 4.

20 CAP. XII DESCRIPTIO MORTIS AC VITAE.

„ guinis et fluidi neruei in organis et per organa majoris  
„ usus, quae naturales suas motiones vere et omnino ami-  
„ ferunt, viribus nunc neutiquam resuscitandam „.

§ LVII

COGITATIO HOFFMANNI HALENSIS.

8) FRIDER. HOFFMANN, med. Hal. med. et phi-  
losoph. experiment. 1707, 4: „ Vita est perennis fluido-  
rum per tubulos beneficio impulsus solidorum progres-  
sus. Corpus corruptibile a corruptione praeseruans.

§ LVIII

MENS BAGLIVI.

9) GEORG. BAGLIVI med. opusc. Lugd. Batavor.  
1707, 8. „ Mors naturalis oritur ob ariditatem exaritio-  
„ nemque solidorum, et salsedinem atque vappilidatem  
„ liquidorum venit „.

§ LVIII

OPINIO BVRCHHAVSEN ET STAHLII.

10) IO. CONR. DE BVRCHHAVSEN histor. medi-  
cin. Amst. 1710, 8, cum STAHLIO ait: „ vita est con-  
„ feruatio corp. et mixtion. ab omni corruptione, quae  
„ conseruatio fit, absolute necessaria motu eiusdem in-  
„ dolis quae anima.

§ LX

GREW COGITATA.

11) Cosmologia S. or a discours of the universe,  
London 1701, fol. per NEHEM. GREW; Vitae tres spe-  
cies constituit, 1) vegetabilem, et sensus expertem, 2)  
sensiuam 3) cogitantis.

§ LXI

ILLVSTRATVR.

12) Haec II species constituit, phantasticam et intel-  
ligentis. In phantasia distinguuntur organum, imagines,  
et actus vitales.

MAR-

CAP. XIII DE BEATITATE POST MORTEM. 21

MARCKII COGITATA.

IO. MARCKII histor. paradisi illustrata, Amst. 1705,  
4, p. 497, primis parentibus inflicta mors corporalis.

CAPVT XIII

§ LXII

DE BEATITATE POST MORTEM.

Depinxit illam IO. FRIDER. GVLIELM. IERUSA-  
LEM in der zweoten sammlung der predigten v).

§ LXIII

HVC INPRIMIS FACIT EXPOSITIO EVANG.

IOANNIS XI.

Est iter Christi septimum, quod verbose exposuit  
FRIDER. ADOLPH. LAMPE T. II, Amst. 1726; 4 mai.  
a pagina 435 usque ad p. 816. Tertia vice lacrimatus  
fuit Christus. 1) Luc. XVIII, 41. 2) in horto Gethsema-  
ne. Ebreeor. v. 7. Io. XI, 35. LAMPE l. d. p. 781. Hoc,  
caput Io. XI, circiter a. 1721 exposuit IO. VITRIARIUS.  
Lipsiensis in aetis eruditorum anni 1710-1720 fouent  
sententiam: animam in sepulcro commorari, in quo in-  
telligit, cogitat ac libera est ab omni miseria. Paulli eam esse  
sententiam, Aetor. XX, 10, dicunt. Proabantque I Reg.  
XXVII, 21, quod Germani dicunt: er koemmt wieder  
zu sich selbst. Idem sentiendum aiunt de Lazaro, Ioan.  
XI, ac Matth. XXVII.

§ LXIV

SCHWARZIUS RECTE CONFUTAT ILLOS, QUI  
PSYCHOPANNICHIAM SOMNIANT.

Contra Sacram Scripturam docent, qui post mortem  
animas dormire sibi persuadent. Contra hos calamus  
strinixerunt et GOTTFRIDVS SCHWARZ, theologus  
Hv) Brunsburg. 1769, 8, p. 66 seqq. 8 mai,

22 CAP. XIII NVM QVID IN TERRARVM CET.

Rintelensis, pl. reu., sacra LVTHERI dogmatum sequens, p. 14, et IO. CALVINVS, theologus Geneuensis, agens hac de re in libello, formae octauiae. Adde IO. PETR. REV SCH systema methaphysicum § 1136, ac magnif. IO. GOTTL. WALDIN I. in R. metaph. 1762,8, p. 285.

CAPVT XIII  
NVM QVID IN TERRARVM ORBE FIAT?  
SCIANT MORTVI.

§ LXV

IO. GEBHARD, theolog. Ienens. in loco theolog. de morte, § 309: „Quod non sit verosimile animas sanctorum „ vel ita securas et quasi ebrias esse, ut nescirent: in terris „ ecclesiam Christo colligi „ - - - ideo pia cogitatio est, statuere: quod generalem eorum, quae sunt in ecclesia militanti non notitiam habeant! Cor. XV, 18. Hanc sententiam firmiter d. IO. FECHT theolog. Rostoph., Apoc. VI, 9, IO. Vir summe reuerendus IO. HERM. BENNER I. d. § 672, p. 1202 seq.

CAPVT XV  
§ LXVI

QVID EST CHRISTVS REDEMATOR.

Qui magna sunt praediti sanctimonia, sciunt, redemptorem ex ratione infinita natura esse diuina, et pariter humana; habet igitur humanam essentiam. Ergo potitur anima humana.

§ LXVII

Orta fuit illa per miraculum, absque peccato. Humana natura non est persona, vtriusque vnitio est tamen personalis: vtraque natura fit communis. Vna igitur natura est particeps idiomatum alterius.

§ LXVIII

CAP. XV QVID EST CHRISTVS REDEMTOR? 23

§ LXVIII

COMMVNIONIS GENERA.

Communionis sunt tria genera. Primum genus vocantur personales propositionales. Secundum genus habet communicationem naturarum. Addimus genus tertium, quo redemptoris persona ad communicandam salutem in aeternum utraque natura constare debuit. Se- quuntur apotelesmata.

§ LXVIIII

QVID SINT APOTELESMATA?

Ea communicatio est aetius participem fieri apotelesmatum, et participatio continuet.

Sed satis de capite difficillimo theologico. Legas, rogo praestantissimum BENNER Parte III, cap. II, notitiae salutis, pag. 745 sqq.

§ LXX

AN IESVS FVERIT MORTVVS?

Adfimant. At quia tamquam Deus non poterat obire. Ut homo morti non erat obnoxius, quia sine peccato vivebat. Ob peccata autem generis humani mortem fuit expertus.

§ LXXI

DE MORTE ANIMAL.

De animalium, ratione carentium, obitu, vnde veniat? disquirit IO. CHRISTOPH. GOTTSCHED parte I, der ersten gründe der gesammten weltweisheit p. 521, Lips. 1734.



Sed, moriamur, ait, si quem terrore sub alto  
Sors melior superum tecta subire iubet.  
Terra, vale, quid enim porro caeleste moretur.  
Ingenium? nihil est, nobile quidquid habes.  
Ecce coronatum caeli splendore clientem,  
*Heredum* et numero scilicet unus erat,  
Quis caeli dominum, *testatoremque* Theandrum  
Forte datam reputet fallere posse fidem?  
Ille sibi similes fraterno foedere iunxit  
Terricolas; partem juris et ille dabit.  
Felices animas, quibus haec seruata sub astris  
Praemia, post vietam fas retulisse necem.  
Rumpe moram, Seruator! habes ad vtrumque se.

quentem  
Seu celeri, lento seu placet ire gradu.  
Sponte sequar: me *scriptis* enim Tua dextera certum  
Heredem, patris est arbitriumque Tuum.

Fortunate *SENEX*, laudis pars maxima nostrae!  
Quam tua me pietas votaque sancta mouent!  
Gratulor his studiis: mortem meditamus vterque,  
Siue praeis, propior seu mihi partus honos:  
Hic amor unus erit, metam tangemus eamdem,  
Illaque amicitiae caussa perennis erit.

Qui legitis flores, et humi nascentia rerum  
Gaudia; nox properat. Fugite hinc ruit atra per  
vmbras  
Hora parate animos, et spe praesumite letum.

FIDVS ACHATES  
D. I. H. BENNER.


Marburg, Diss., 1771-23

ULB Halle  
005 359 821

3







20

DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIS ECCLES. EVANGELICORVM  
 DE  
**VANO MORTIS TERROR**  
 ILLORVM  
 QVI AD CAELITES ABEVNT  
 ET COHEREDES DIVINI ERVNT  
 QVAM  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
 SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIP<sup>E</sup>  
 ET DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO II**  
 HASSIARVM LANDGRAVIO REGN.  
 AVCTORITATE  
 ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
 PRAESEDE  
**D. IOANNE GEORGIO ESTOR**  
 SERENISSIMO AC POTENTISSIMO HASS. LANDGRAVIO A CONSILIIS  
 SANCTIORIBVS ATQVE VNIVERSITATIS LITTERATAE CANCELLARIO  
 PRO  
**LICENTIA**  
 SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
 RITE CONSEQUENDI  
 DIE XIIIIV AVGUSTI A. R. S. CLOCCCLXXI  
 MAGNIFICOR. ILLVSTR. ATQVE EXCELLENTISS.  
 VIRORVM DISQVISITIONI  
 SVBMITTIT  
**IOANNES HAINRICVS BVICKING**  
 MARBURGO HASSVS.  
 MARBURGI HASSORVM  
 EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. MÜLLERIANA.